

manæ rationis, cum iudicet ex rebus sibi notis, scandalum est fidei, huiusmodi mentis oculum, ac illius vsum, & discursum à te amputa, & abiice, & erige tantum fidei oculum ad tam sublime mysterium, vt illud penetrare, ac intelligere valeas.

105.

Videt Isaias Dominum residentem in folio Altaris: ideo ad hoc significandum dicitur: Et ea, quæ sub ipso erant replebant templum. Seraphim vndique stabant, Deum collaudantia. Seraphim stabant super illud, sex ala vni, & sex ala alteri: duabus velabant faciem eius. Isai. 6. num. 2. Hebraicus legit, Duabus velabat vnusquisq; faciem suam. Chaldaus, Forerius, Sanches, D. Chrylostomus homil. 4. in hanc visionem. Duobus velabant facies suas. Aduocantur Seraphim ad contemplandum, ac videndum Dei vultum, vt tantæ maiestatis aspectu repleantur summo gaudio: ad quid ergo velant facies suas, cum potius eas deberent discooperire, ac, si aliquid inuolucrum obstarat, illud reicere oporteret, vt aperta acie Dei vultu gauderent? Seraphim fidelium figuram exprimebant, vt aituit D. Bonauentura libr. lumin. Eccl. Confid. 2. Fides facit, ait, animam Seraphicam. Vt anima fidelis Deum in throno Altaris valeat contemplari, debet faciem suam, oculos nempe naturales obuelate, & extendere tantum fidei alas, vt ad hoc sublime mysterium valeat euolare, illudque intruere. Alas enim volantes, fidei esse, interpretatur. D. Dionysius de cœlesti Hierarchia c. 4. & 13. Absolutissimam, summamq; in Deum intentionem signat, volatus, scilicet, alarum. Vnde tom. 3. cap. 35. num. 20. 21. & 22. & num. 36. & 37.

Isaias 6.

Hebraicus, Chaldaus, Forerius, Sanches, Chrylost.

Bonauent. Non natura- lis sensus, sed sola fides Christum in Eucharia sua cognoscit.

Dionysius.

Matthæi 18. Videte, ne contemnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est.

VERSIONES.

Anastasius Si- Videte, ne despiciatis vnum maita lib. 5. ex pusillis istis, qui in me credunt. Dico enim vobis, quod Angeli eorum perpetuò aspiciunt faciem Patris mei.

Arias. Videte, ne despiciatis vnū paruulorum istorum: Angeli eorum per omne tempus vident: :

EXPOSITIO VII.



Quæ modo prohibet Dominus, ne paruuli scandalizentur; modò ne despiciantur. Nam, vt ait Caietanus, vtrumque crimen facile in humiles exercet humanum genus: nam & offencula ponere ad ruinam humilium pro nihilo habetur; & despiciere humiles, seu abiectos, valde morale est. Vnum ex pusillis. Per pusillos, pauperes interpretantur D. Chrylostomus, Theophylactus. Imperfectos fideles Carthasianus. Humiles verò, & simplices, ac aptius ad

106. Caietan.

Chrylost. Theophyl. Carehusian.

litteram, Origenes, Beda, & alij communiter. Dico enim vobis. Nouo argumento reuocat homines ab humiliam contemptu, docetque quanti sunt æstimandi, cum à Deo in tanto habeantur pretio, vt vnicique vnū ad custodiam deputet Angelum. Angeli eorum, dati scilicet ad eorum custodiam, vt explicant D. Hieronymus, Paschasius; vel conciuies eorum, vt interpretatur D. Thomas. In calis, hoc est, Angeli cælestes, quorum habitatio est in cælis; hoc enim epitheto à malis Angelis distinguuntur, quorum habitatio est in inferno.

Semper, id est perpetuò, seu per omne tempus. Sic enim sancti Angeli pusillis adsunt, & intendunt illorum custodia, vt eos seruent, ac vbique fruuntur Dei facie præsentis, qui etiam vbique est. Vident faciem Patris mei. Intuentur scilicet nudam naturam, seu essentiam, facies enim manifestam visionem declarat, quæ non per speculum fit, aut in ænigmate; hoc est, vident Deum, sicuti est, vt loquitur Ioan. 1. Epist. 3. num. 2.

Origenes, Beda.

Hieron. Paschas. D. Thomas.

107.

Ioan. 1.

QUESTIO XV.

Quare peculiariter dicitur de Angelis tularibus paruulorum, quod videant faciem Patris, cum omnes Angeli beati, illius aspectu fruuntur?

It in præsentī Christus Dominus: Angeli eorum, scilicet paruulorum, semper vident faciem Patris mei; tanquam quid peculiariter in hoc paruulorum Angelis attribuat, quasi ceteri Angeli minores sint, & quasi illi faciem Dei non intueantur. Ex quo Origenes homil. 35. in Luc. suum corroborat errorem. Ac si Angeli etiam beati propter aliquam negligentiam in custodiendis hominibus, suam aliquando beatitudinem amittant. Error hic est manifestus, & apertus, in eiusque refutatione non est hic immorandum; quam Theologi variis in locis impugnant, atque reiciunt

Magister Suares lib. 6. de Angelis cap. 2. num. 5. existimat, quod per hæc verba satis Christus commendauerit, vel etiam exaggerauerit, quanti Deus faciat pusillos infantes, quorum Angeli, non est necesse, vt illis speciale sit videre faciem Dei, sed satis, superque est, quod sint videntes Dei faciem, & quod in hoc cum supremis Angelis Deo assistentibus conueniant. Sic ille. Ac si dicat, quod pusilli tantum æstimantur à Deo, vt ad sui custodiam habeant Angelos deputatos, qui faciem Dei Patris vident. Tamen Patres, ac multi Doctores tenent, quod Angelis patronis paruulorum aliqua excellentia hinc à Christo Domino assignatur supra reliquorum hominum Angelos.

Secundò rectè respondet D. Chrylostomus homil. 60. Hic verò, ait, non de Angelis simpliciter dicitur: sed de Angelis excellentioribus, ac supremis; nihil enim aliud designatur, cum faciem dicat Patris mei aspiciunt, quam summa fiducia eorum, & honor præcipuus. Quod latius explicant in præsentī Maldonatus, Lucas Burgensis. Ac si maiores, & honorabiliores esse paruulorum, quàm aliorum hominum Angelos ex effectu Christus probet, quia semper vident faciem Dei, non quod alij Angeli non videant; sed quod ea phrasi Hebræi signifi-

108.

Origenes.

109.

Suares.

110.

Chrylost.

Maldonat. Burgensis.

cant, Deo aliquem esse propinquum, & familiaritatem: sumpta autem est metaphora ex aula consuetudine; vbi quò quis honoratior, eò propinquior est regi, eoque frequentior in eius conspectu versari solet, vt de fernis Salomonis legitur 3. Reg. 10. num. 8. Ac si dicat Christus; tanti paruuli, ac humiles æstimantur à Deo Patre, ac habentur in cælesti Regno, vt ad eorum tutelam, non qualicumque Angelus destinetur, sed in suo ordine excellentior, ac honorabilior, qui propius, ac immediatius Dei throno adstat, eique semper affidet: sumpta est enim ex aula consuetudine metaphora.

3. Reg. 10.

Angelus tularis paruulorum honorabilior.

III. Theophyl.

Angelus humilium fidenter pro illis orans.

Chrylost.

112.

Genes. 32. Franc. Greg.

Ex peccatis hominū elanguet vis in Angelis tularibus.

Abulcas.

113.

Tertiò. Theophylactus. Peccatorum Angeli, ait, quasi propter nos confusi, minus fidentes sunt, neque ipsi possunt tam libere videre faciem Dei, & precari forsitan pro nobis. Humilium autem Angeli, hi semper vident Dei faciem, & forte pro nobis orant. Hæc metaphoricè, ac humano more intelligenda sunt. Angeli enim sancti Dei conspectu perenniter summo gaudio fruuntur. Tamen ex nostro dicendi more verècundantur, vt non multum fidenter quodammodo audiant ante Dei thronum comparere pro ipsis delinquentibus deprecaturi, ac pro illis supplicationes facturi: neque ipsi possunt tam libere videre faciem Dei, & precari forsitan pro nobis. At humilium Angeli audaci quadam licentia libere diuinos adeunt oculos, dulcique quodam lenocinio adstant diuino tribunalī, vt humilium vota, tãquam quid Deo valde gratum, offerant. Et hoc est, quod dicitur: Vident faciem Patris mei, multa nempe confidentia ac audacia, vt pro ipsis humilibus loquantur. Humilium autem Angeli, hi semper vident faciem Dei, & forte pro nobis orant. Et D. Chrylostomus supra citatus. Nihil aliud designatur, cum faciem dicat Patris mei aspiciunt, quam summa fiducia eorum.

Quis dubitat, quod ex causa, quæ agitur, vires, animus, ac fiducia minuunt, vel augeantur. Antequam Iacob perueniret ad patrem suum, vt magnis bonis ditaretur. Ecce vir luctabat cum eo usque mane. Genes. 32. n. 24. Multi auctores, quos citat, ac sequitur Franciscus Georgius to. 1. sect. 3. Problemate 234. dicunt, hunc virum fuisse Angelum bonum Esau, qui Iacob à terra promissionis ingressu arcebat, quo Esau maioribus benedictionibus locupletaretur, indeque cum eo luctabatur. Tamen Iacob præualuit in Angelum, victoriæque palmam obtinuit. Angelus multo fortior homine; quomodo potuit ab vno homino superari? Causa ipsa, quæ agebatur, suppedibat, ac vires subtraherat. Causa Iacob multo melior, quàm Esau. Pro Iacob stabant præcelsa merita, quæ non sic pro Esau militabant. Cum ergo causa Iacob melior, ac illustrior, quàm fratris existeret, ab ipsa ei ministrantur vires, vt victor euadat, & trophæa erigat. At verò Esau causa multo inferior erat; inde ad magnū nostrum documentum, cum pro sui mune re patronatus Angelus ad speciem eum tueretur (non dum Dei determinatio erat manifesta) ipse elanguet, ac minuit viribus, vt Iacob aduersus eum præualeat, ac triumphator existat. Cõsiderationem insinuat Abulenſis ibi quæst. 5. Dicunt plures Hebræorum, quod iste fuit Angelus bonus Esau, qui volebat impedire Iacob, ne intraret in terram promissionis, & vt non completeretur in eo benedictiones, sed in semine Esau. Ideoque luctabatur cum eo præualere aduersus eum, sed ad vltimum non potes præualere, seriguit verum femoris, & fecit eum claudū.

Venerunt duo Angeli Sodomæ, dicantque Sylueira in Euang. Tom. IV.

lot: Delebimus locum istum. Gen. 19. num. 13. Ciuitas illa Sodomis multorum millibus hominum abudabat, & cuilibet ciuium destinatus erat Angelus ad custodiam: quomodo duo Angeli tam copiosam hominum multitudinem perdere poterunt; quilibet enim Angelus ciuem sibi commissum proteget; tamen duo Angeli ciuitatem cum omni populo debebunt. D. Basilius in Psal. 33. ait: Cuilibet credenti in Dominum assidet Angelus, nisi nos ipsum per mala opera effugerimus; nam sicut opus fugat fumus, & columbas abigit malus odor; ita etiam visa nostra custodem Angelum abducit, & amouet lacrimabile, feridumq; peccatum. In rem nostram tamen dicam. Multa erant millia Angelorum, qui tot millia hominum, habitantium in ciuitate, custodiebant; vnusquisque suum Angelum patronum habebat; tamen ob turpissima ipsorum hominum peccata, eorum Angelorum virtus in protegendo frigescit, & remissio fit; vt duo Angeli contra tot millia præualeant, totamque ciuitatem solo æquate potentes sint.

Genes. 19.

Basilius.

Ex peccatis hominū frigescit virtus in patronis Angelis.

QUESTIO XVI.

Ad quid dicitur, quod Angeli custodes videant faciem Patris?

Magnam sanctorum Angelorum excellentiam, obque magnam humilium, ac simplicium curam hoc est asertum, vt satis iam à nobis est dictum, ac explicatum. Deinde D. Laurentius Iustinianus lib. de Connub. cap. 16. Semper vident faciem Patris mei, ait, scilicet in Sapientia speculo contemplantes, qualiter suum perficiant munus. Quanti Deus facit homines, vt Angeli eorum patroni à Deo destinati, ab ipso Deo supremo magistro agendæ custodiæ discant rationes. Ait Ioannes: Vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei. Apocal. 8. num. 2. Hi sunt septem primores Angelorum in aula cælesti, & principes Ecclesiæ, quibus cura hominū, & Ecclesiæ est à Deo demandata, vt docent Aretas, Andreas, Ribeyra, Tirinus, Cornelius, & alij. Peculiariter autem dicuntur astare in conspectu Dei, vt tradunt Iacobus Soar. lib. 3. Ioannes Fontana Episcopus Ferrar. part. 3. auct. 64. Stephanus Veberus de officio Angelor. cap. 3. num. 8. Fidelis Danielius lib. 1. de Diuina Prouidentia cap. 2. tanquam immediatus, & propius ceteris astantes Dei throno, vt summa eorum excellentia, eximiâque familiaritas cum Deo, alta, ac profunda contemplatio eorum, quæ agenda sunt, denotetur.

114.

Laur. Iustina.

Apocal. 8.

Aretas. Andreas. Ribeyra. Tirinus. Cornel. Iacob. Soar. Fontana. Danielius. Angelus tularis valde excellens, & Deo familiaris.

115.

Videns Deus hominum superbiam, qui ædificabant turrim, cuius culmen pertingeret ad cælum, ait: Venite descendamus, & confundamus linguam eorum. Genes. 11. n. 7. D. August. lib. 16. de ciuitate c. 9. Philo citandus, Caietanus, Pereria, & alij existimant, Deum sermonem dirigere ad Angelos. Nullo interueniente Angelo Deus valebat confundere linguam illorum: Cur ergo ad idioma- rum confusionem eos conuocat? Tantæ sunt Angeli dignitatis, vt Deus eos quasi socios operationis suæ assumat. Philo lib. de confusi. Linguar. Videtur, ait, illis verbis Deus, quosdam, scilicet Angelos, alloqui tanquam operationis socios. Hinc ad omne negocium Deus tanquam sui ministros aduocat Angelos. Canebat Dauid Psal. 182. num. 18. Benedicite Domino omnes Angeli

Genes. 11.

August.

Caietan.

Pereria.

Angeli sunt quosdammodo socii diuinarum operationum.

Philo.

Psalm. 182.

S. 611.



Sophon.

eius, potentes virtute facientes verbum illius. Ex quo inquit Sophronius Archiep. Ierosol. orat. de Angelorum excellentia. Angeli rerum diuinarum sunt interpretes, & custodes, & praesides, & censeruatores, & conductores, & via duces, & curatores & illuminatores.

116. Nostri operatio exigitur, ut Angeli nos adiuent.

Tamen ut sanctorum Angelorum patrocinia, ac custodiam promereamur, nostrum studium, ac cooperatio exigitur. Valde timidus extabat Israel iuxta mare rubrum, cum vidisset venientes contra se Aegyptios. Ex diuino afflatu ait illis Moyses: Dominus pugnat pro vobis, & tacebitis. Exod. 14. num. 15. Non patitur Deus, quempiam Hebraeorum aliquid in hac re moliri, sed totam integram rem sibi absoluendam referuat; & tantum disponit, ut Hebraei tanquam spectatores adsint. At verò postquam recesserunt ab Aegypto, caelesti cibo iam pasti, cum bellum instat aduersus Amalech, in-clamat Angelus, qui Dei iussu populum ductitabat: Dixit Moyses ad Iosue: elige viros, & egressus pugna contra Amalech, Exod. 17. num. 9. Non iam spectatores belli inquiruntur, sed milites, qui educentes gladios pugnent, ac armata manu cum hostibus decerent. Cur non deuantantur Amalechitae, sicut Aegyptij? Cum egreditur Israel de Aegypto, erant Hebraei, tanquam paruuli sub pueritia sua; & ideo totam rem Angelus exequabatur; at verò iam decursu temporis cum processissent, ac tanquam maiores facti, eorum opera, ac concertatio mandatur interponi. Origenes homil. 6. in Iudices: Initus nostris, ait, a principibus Angelis adiutamur, ceterum processu temporis oportet nos exire armatos ad praelia.

Exod. 14.

Exod. 17.

Origenes.

QUESTIO XVII.

Quare, cum Angeli patroni adsint in terris homines custodientes, dicuntur in caelis videre faciem Patris?

117. Difficultas quaestio.

ANGELI nostri tutelares in terris adsunt custodientes homines, sibi ex diuina dispensatione commissos: quomodo ergo dicitur, quod semper in caelis vident faciem Patris? Nunquid Angeli simul sunt in terris, & in caelis: non enim adeo amplificata videtur praesentia Anli, ut simul duo naturaliter occupet loca: si ergo pro hominibus defendendis astant in terris; quomodo semper vident in caelis?

118.

Solutio patet ex dictis in expositione. Angeli beati, ac caelestes spiritus, quocumque loco sint, Dei praesentia delectantur, cum Deus omnem locum repleat, & in omni loco adsit. Dicuntur autem in caelis, quia vbi Deus se manifestat, caelum frequenter nuncupatur. Seu, ut ait Albertus Magnus. In caelis, hoc est in caelestibus per contemplationem: exeuntes enim, quocumque currant per ministerium, semper tamen assistunt intimis per contemplationem. Ego sum Raphael vnus ex septem, qui astant ante Deum, Tob. 12. num. 5.

Alb. Magn. Angeli in caelo per contemplationem. Tob. 2.

119. Angeli nostrae custodia eliciantur.

Tertio, & moralissime. Tanto enim Angeli paruulorum, id est simplicium, ac humilium custodia deliciantur, ut ipsam custodiam quasi caelum reputent, ex ipsaque semper vclut in caelum ascendant, humilium, ac simplicium vota coram Deo deferentes. D. Sophronius Ierosol. Archiepif. lib. de excellentia Angelor. Vos estis, ait, qui caelum cursu expeditissimo transmittitis, qui motu celerissimo, incitavissimo, per aera discursuris, hominum negotia agentes.

Sophon.

Profectus Iacob e domo patris sui, cum obdormisset vidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens caelum, Angelos quoque ascendentes & descendentes per eam, Gen. 28. n. 12. Si Angeli ascendebant, quomodo & descendebant? Ad quid huiusmodi cursus futurum, & deorsum; in caelum, & in terram: Conscendebant praeter Dei amore, ut eius maiestatem contemplerentur, & nostra vota ei auferrent: descendebant vero affectu erga nos compassionis. D. Gregor. Magn. lib. 5. moral. Angelos ascendentes, ait, cernere est, superna patria contemplationi, vel quanto amore auctori suo semetipsum transcendendo inhaerent; vel quanta compassione charitatis infirmitatibus nostris condescendant. Caietanus; In ea, inquit, nempe scala conueniunt Angeli ascendunt a nobis, referenda nostra in Deum, & descendunt ad nos, asserendo diuina nobis. Immortales gratias sanctis Angelis referamus: ascendunt, ut deferant preces nostras ad Deum, & descendunt, ut consulant bono nostro, ad nosque Dei bona adducant.

120.

Gen. 28.

Greg. Magn.

Caietan.

Angeli nostras preces Deo deferunt.

121.

Angeli nostrae bona suas reputant utilitate.

Chrysof.

122.

Gen. 18.

August. Rupertus. Algerus. Angeli prope nos ad auxiliandum.

123.

Matth. 26.

Hieron. Hilar.

Marc. 14.

Hilar.

Post beatifici obiecti fruitionem nil gratius, quam sanctorum Angelorum societas. Cur ergo Angeli ob Iacob, angelicos spiritus relinquentes in caelo, ad terram sic conuolant, ut eum aliqua consolatione dignarentur? Sic Angeli nostro bono sunt intenti, de eoque solliciti; ut suum commodum nostro solamini postponant, nostramque utilitatem maxime suam reputent. D. Chrysofomus serm. de Ascensione. Nostra bona, ait, Angeli suas utilitates arbitrantur.

Stans Abraham ad ostium tabernaculi, ut peregrinos exciperet, Cumq; eleuasset oculos apparuerunt ei tres viri stantes prope eum, Gen. 18. n. 2. Si Abrahamus stabat, ut videns venientes peregrinos in domum suam introduceret, cur eos vidit non a longe, sed prope se? Tres viri illi sancti erant Angeli, ut est sententia D. August. Rupertus, D. Algeri, & aliorum, qui ad Patriarcham veniebant, ut eum, ac domum eius multis donis replerent; inde non a longe, sed prope videntur: Angeli enim sancti, ut beneficia nobis conferant, semper sunt prope, & nunquam a longe.

Perpende, quantum nobis prosit Angelorum patrocinium. Cum esset Christus in Horto, maximo mceore efficitur, ut ipse ad Discipulos suos dicat: Tristis est anima mea usque ad mortem, Matth. 26. Tristabatur Dominus, non propter se, sed propter Discipulos, ut inquit D. Hieronymus ibi, & D. Hilar. citandus, propter nempe scandalum, & perturbationem Apostolorum. Quibus ipse dixerat: Omnes vos scandalum patiemini in me in nocte ista. Tunc progressus orat ipse, surgensque ab oratione, cum venisset ad Discipulos suos, inuenissetque eos dormientes, ait: Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem, Matth. 26. n. 41. Mandat vigilare aduersus tartareas potestates, quae maxime eis insidiabantur. Iterum orauit secundo; & reuersus ad Discipulos, cum eos inuenisset dormientes, salutem praesentia sua reprehendit eos, quod ipso vigilante, illi dormirent. Marc. 14. num. 40. Orat tandem tertio Dominus; apparet Angelus de caelo confortans eum. Tunc facta hac tertia oratione, scribit D. Matth. cit. cap. 26. n. 45. Ait illis Dominus: Dormite iam, & requiescite. Cur qui modò mandabat vigilare, & orare, iam ad requiem, & dormitionem exhortatur? Praclare D. Hilarius lib. 10. de Trinit. expendens, quod post multam Domini precem Angelus astitit confortans eum, sic ait: Misso enim ad Apostolorum tuitionem Angelo,



CAPVT XI.

Fraternal correptio.

Matth. 18. Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum: si te audierit lucratus eris fratrem tuum.

VERSIONES.

Syriacus. Si verò errauerit in te frater tuus; ito, argue eum. S. Pacian. Ep. 3. Si peccauerit in te frater tuus; vade, & corripe eum solus cum solo. Vatablus. Abi, redargue eum solus ipse solum.

ALTER TEXTVS.

Luca 17. n. 3. Attendite vobis: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum; & si penitentiam egerit, dimitte illi.

EXPOSITIO I.

VPRA, ut recte notarunt D. Chrysofomus homil. 61. Euthymius, & Abulensis q. 76. egit Dominus de scandalizatoribus, seu scandala inferentibus: Va homini illi, per quem scandalum venit. Matth. 18. num. 7. Nunc agit de scandalizatis, seu scandala patientibus; ne scandalizatores per superbiam, & contemptum, quo erga alios efferuntur, obdormientes in suis vitiis pereant; & ne scandalizati per negligentiam, ac defectum Charitatis delinquant; sicque eos admonet, ut de peccatis fratris salute curent. Ante exhortationem Dominus posuit documentum sub similitudine pastoris, deperditam ouem quaerentis, num. 12. ut mandatum facile redderet; cum enim princeps praecedit, valde prompte alios suo exemplo allicit, & attrahit. De hac autem parabola commodius infra c. 26. Ex quo instrueris, quod vnusquisque in suo ordine inuigilet; peccator vt surgat; Iustus vt aliorum miseris consulendo compatiatur.

126.

Chrysof. Euthym. Abulens. Matth. 18.

Cum princeps praecedit, facile sequuntur alij.

127.

Syriacus.

Hilar. Chrysof. August. Paschal. D. Thom.

Euthym. Theophyl. Alb. Magnus. Carthusian.

per eum confortato Domino, ne pro his tristis esset, iam sine tristitia metu existens ait: Dormite iam, & requiescite. Attente pensata verba, quae post pauca subiicit S. Pater. Non ex nihilo dormientium adhortatio subsecuta est, nisi quod, cum absuimus ab his esset, & indulti Angeli confortatus auxilio, securitate custodia custodiendos permittebat in somnum. In tertia oratione venit Angelus confortans eum, proponens Discipulorum trophaea, misso ipso ad Apostolorum tuitionem. Tunc ait illis Christus: Dormite iam, & requiescite. Quandi ipsi, vt Apostoli, ac Discipuli, sub Domini, disciplina, ac cura degebant, pro eorum salute omnium Saluator maxime anxibatur. At verò, cum iam sub Angeli tutela apparent, tunc Christus ad honorandos sanctos Apostolos, adque significandum, quantum eorum patrocinia nobis profint, ait illis: Dormite iam, & requiescite. Cum enim illi Angelorum tutela communiti existerent, iam nulla aduersus eos tartarea potestas praualitura, nullumque impendens malum illis formidandum esset; inde tanquam ab omnibus custoditi obdormire mandantur. Securitate custodia custodiendos permittebat in somnum.

Sub Angeli tutela mandata Dominus Discipulos dormire, vt securos ab omni malo.

124. Gratificandus Angelo pro nostra custodia. Gen. 48.

Caietan.

125.

Gen. 19.

Carthusian.

Angeli maxime grati nostris obsequijs.

Pro beneficiis nobis collatis primò debemus gratias agere Deo, à quo vt ab vniuersali Auctore omnia bona in nos diffunduntur; deinde Angelo nostro custodi, à quo ministrantur. Sic faciebat Iacob. Benedicimus nepotibus suis inquit: Deus, qui pascit me ab adolescentia mea usque in presentem diem. Angelus, qui eruit me de cunctis malis. Gen. 48. num. 16. Referens gratias pro beneficiis sibi concessis, primò ea recognoscit accepta à Deo, deinde ab Angelo suo, vt Domini ministro. Ponderat Caietanus, quod iuxta Hebraeos, habetur praesentis temporis ad significandum perseverantiam Angelica custodia vniuersi praesentis tempore. Tutela Angeli pro nobis pro omni tempore est durans, & perseverans.

Ad hoc autem maxime allicere nos debet ipsorum sanctorum Angelorum benignitas, qui summopere nobis rependunt ea, quae in illorum obsequio praestamus. Veniunt duo Angeli Sodomae, habentes in commissione, vt Lot cum tota familia sua ab incendio incolmes praeruerent, sicque ei dicunt: Habes hic quempiam tuorum generum, aut filios, aut filias, & omnes, qui tui sunt, educ de urbe hac, delebimus enim locum istum. Gen. 19. num. 12. Postea verò, cum egredereur Lot, postulat ipse ab Angelo pro Segor. Cui Angelus ait: Etiam in hoc suscipi preces tuas, vt non subuerterem urbem, pro qua locutus es. Angelus enim, audita oratione Lot, eam Omnipotenti Deo obtulit, ex cuius inspiratione, vt ait Carthusianus, ciuitatem illam ei concessit Angelus. Nonne fat erat, vt Angelus seruaret Lot cum tota sua familia, vt ei erat mandatum? ad quid vltra pro Segor postulat, vt experts ab incendio in mansionem tribuatur Lot? Quando Angeli accesserunt Sodomae, recepit eos Lot hospitio cum multa festiuitate, & applausu, fecitq; eis conuiuium, & coxit aeterna, & comederunt. Indeq; Angeli ex gratitudine hospitalitatis astricti, non solum Lot, & famuliam suam seruare curant, sed etiam ciuitatem, quam vir bonus desiderauerat, ex Dei benignitate precibus impetrant, ac obinent.

Sylueira in Euang. Tom. IV.